Summarium

Narratur de vitā et moribus Constantini, praesertim post Licinii obitum. De Constantini moribus, de bellicā gloriā, de studiis liberalibus publicisque operibus, praesertim ad urbem Constantinopolitanam excolendam, dicitur.

De moribus Constantini imperatoris[1]

Variă inter Constantinum et Licinium bellă gestă sunt, et pax reconciliată ruptăque est. Postremo Licinius, navali et terrestri proelio victus, apud Nicomediam se dedidit, et, contra religionem sacramenti, Thessalonicae privatus occisus est. Eo tempore res Romană sub uno Augusto et tribus Caesaribus, quod numquam alias factum erat, fuit, cum liberi Constantini Galliae, Orienti Italiaeque praeessent. Verum, insolentiā rerum secundarum, aliquantum Constantinus ex illā favorabili animi docilitate mutavit. Primum necessitudines persecutus est: filium, egregium virum, deinde sororis filium, commodae indolis iuvenem, interfecit; mox uxorem, et postea numerosos amicos.

Constantinus primo imperii tempore optimis principibus, ultimo mediis conparandus est. Innumerae in eo animi corporisque virtutes claruerunt. Militaris gloriae adpetentissimus, fortună in bellis prosperă fuit, verum ita ut non superaret industriam. Nam etiam Gothos, post civile bellum, varie profligavit: pace his ad postremum datā, ingentemque apud barbaras gentes memoriae gratiam conlocavit. Civilibus artibus et studiis liberalibus deditus, iustum amorem ab omnibus sibi et liberalitate et docilitate quaesivit; sicut in nonnullos amicos dubius, ita in reliquos egregius, nullam occasionem praetermittens quo opulentiores eos clarioresque praestaret. Multas leges rogavit, primusque urbem nominis sui ad tantum fastigium evexit, ut Romae aemulam faceret. Bellum adversus Parthos moliens, qui iam Mesopotamiam fatigabant, uno et tricesimo anno imperii, aetatis sexto et sexagesimo, Nicomediae in villā publicā obiit.

Verba non usitata

commoda indoles faciles mores; dicitur de homine non difficilis indolis

fastigium summa altitudo

leges rogare leges praesentare

moliri parare

memoriae gratiam conlocare bonam famam post mortem de se relinquere

necessitudines (plur.): parentes, fratres, sorores…

privatus civis qui nullo publico munere fungitur

opulentiores praestare opulentiores efficere

res Romana imperium Romanum

[1] Verba non usitata post textum explicantur et hoc modo in textu ipso signantur: verbum.

1

Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto 13 parole scelte fra quelle elencate dopo il testo (indica il numero nello spazio bianco):

Constantinus et Licinius diu inter se ______ ; postremo Licinius devictus et interfectus est, quamquam se dederat in Constantini arbitrium. Tum Romanum imperium ______ in tres partes: ună ______ a Constantino, qui "Augustus" appellabatur, tres a filiis suis, qui "Caesares" ______ . Princeps tamen suos mores mutavit: propinquos vexavit, multosque ______ ex iis, qui necessarii et amici ______ . Si in principio Constantinus ______ principibus comparari poterat, ultimo tempore imperii similis factus est principibus mediocris ingenii. Fuit cupidus ______ , eamque adeptus est non solum propter prosperam fortunam, sed etiam propter militiae peritiam. Gothos ______ belloque composito suum nomen apud barbaros auxit. Artes ______ coluit; fuit plerumque optimus in amicos, adeo ut eos divitiores clarioresque faceret. Multas ______ scripsit; urbi suum nomen dedit, eamque tam claram fecit, ut ______ aemulă facta sit. Dum bellum contra Parthos parat, uno et tricesimo anno imperii, septimum et sexagesimum annum agens, Nicomemdiae ______ est.

1. divisum erat
2. fuerant
3. gloriae
4. leges
5. liberales
6. mortuus
7. necavit
8. occisi sunt
9. optimis
10. pessimis
11. pugnaverunt
12. regebat
13. regebatur
14. Romae
15. vicit
16. vocabantur

2

Scegli, barrando uno dei □, la sequenza più adatta al brano che hai letto

- □ Costantino vince Licinio e, contro ogni diritto, lo fa uccidere; l'impero romano rimane diviso fra Costantino e i suoi tre figli, che governano la Gallia, l'Oriente e l'Italia; Costantino cambia la propria indole, infierendo contro parenti e amici: se inizialmente poteva essere annoverato fra i principi migliori, alla fine

del suo impero sarà paragonabile a quelli di livello medio; ottiene una notevole gloria militare dovuta alla fortuna e alla sua abilità; concede la pace ai Goti, aumentando così la sua fama presso i barbari; è generoso nei confronti degli amici; fonda Costantinopoli, emula di Roma; mentre prepara la guerra contro i Parti muore.

- □ Costantino vince Licinio e, contro ogni diritto, lo fa uccidere; Costantino cambia la propria indole, infierendo contro parenti e amici: se inizialmente poteva essere annoverato fra i principi migliori, alla fine del suo impero sarà paragonabile ai mediocri; ottiene una notevole gloria militare dovuta alla fortuna e alla sua abilità; concede la pace ai Goti, aumentando così la sua fama presso i barbari; l'impero romano rimane diviso fra Costantino e i suoi tre figli, che governano la Gallia, l'Oriente e l'Italia; è generoso nei confronti degli amici; fonda Costantinopoli, emula di Roma; mentre prepara la guerra contro i Parti muore.
- □ Costantino vince Licinio e, contro ogni diritto, lo fa uccidere; l'impero romano rimane diviso fra Costantino e i suoi tre figli, che governano la Gallia, l'Oriente e l'Italia; concede la pace ai Goti, aumentando così la sua fama presso i barbari; Costantino cambia la propria indole, infierendo contro parenti e amici: se inizialmente poteva essere annoverato fra i principi migliori, alla fine del suo impero sarà paragonabile ai mediocri; ottiene una notevole gloria militare dovuta alla fortuna e alla sua abilità; è generoso nei confronti degli amici; fonda Costantinopoli, emula di Roma; mentre prepara la guerra contro i Parti muore.
- □ Costantino vince Licinio e, contro ogni diritto, lo fa uccidere; Costantino cambia la propria indole, infierendo contro parenti e amici: se inizialmente poteva essere annoverato fra i principi migliori, alla fine del suo impero sarà paragonabile ai mediocri; l'impero romano rimane diviso fra Costantino e i suoi tre figli, che governano la Gallia, l'Oriente e l'Italia; fonda Costantinopoli, emula di Roma; concede la pace ai Goti, aumentando così la sua fama presso i barbari; ottiene una notevole gloria militare dovuta alla fortuna e alla sua abilità; è generoso nei confronti degli amici; mentre prepara la guerra contro i Parti muore.

3

Scegli la risposta esatta fra quelle proposte:

1. Quando Licinius interfectus est?
   (a) Post pacem reconciliatam
   (b) Post navale proelium
   (c) Cum iam privatus erat
   (d) Cum Constantinus Augustus factus est
2. Cur Constantinus ultimo tempore imperii comparari potuit mediis principibus?
   (a) Quia imperium Romanum inter se filiosque divisit
   (b) Quia suos mores mutavit et insolens factus est
   (c) Quia Licinium interfecit
   (d) Quia "Novam Romam" condidit
3. Cur Constantinus contra Parthos non pugnavit?
   (a) Propter eorum eximiam virtutem
   (b) Propter suum obitum
   (c) Quia legiones conscribere non potuit
   (d) Quia contra Parthos bellum male paravit

4

Scegli la risposta esatta fra quelle proposte:

1. *Se* (riga 2) è:
   (a) Pronome riflessivo di terza persona, ablativo singolare
   (b) Pronome riflessivo di terza persona, accusativo singolare
   (c) Pronome riflessivo di terza persona, accusativo plurale
   (d) Pronome riflessivo di terza persona, ablativo plurale
2. *Cum* (riga 5) è:
   (a) Congiunzione coordinante correlativa
   (b) Preposizione
   (c) Congiunzione subordinante che introduce una proposizione temporale
   (d) Congiunzione subordinante che introduce una proposizione narrativa
3. *Ut* (riga 11) introduce:
   (a) Una subordinata consecutiva

(b) Una subordinata finale
(c) Una subordinata completiva
(d) Una subordinata comparativa

4. *Praestaret* (riga 16) è un congiuntivo:
   (a) dipendente con valore consecutivo
   (b) indipendente desiderativo
   (c) dipendente con valore finale
   (d) indipendente iussivo (di comando)

5

Trasforma le seguenti proposizioni da implicite a esplicite o viceversa:

1. Pace his ad postremum datā [riga 12]:
   Cum his ad postremum pax ______________________
2. … quo opulentiores eos clarioresque praestaret [riga 16]:
   … ad eos opulentiores clarioresque______________________
3. Bellum adversus Parthos moliens, qui iam Mesopotamiam fatigabant [riga 18]:
   Bellum adversus Parthos moliens, iam Mesopotamiam ______

6

Esamina l'immagine qui sotto. A quali righe del testo puoi riferirla?
Righe numero ______________________